

Cambridge University Press

978-1-108-04689-3 - Ypodigma Neustriae: A Thoma Walsingham, Quondam Monacho  
Monasterii S. Albani, Conscriptum

Edited by Henry Thomas Riley

Excerpt

[More information](#)

---

Y P O D I G M A N E U S T R I Æ;  
A T H O M A W A L S I N G H A M,  
Q U O N D A M M O N A C H O M O N A S T E R I I S . A L B A N I,  
C O N S C R I P T U M .

Cambridge University Press

978-1-108-04689-3 - Ypodigma Neustriae: A Thoma Walsingham, Quondam Monacho  
Monasterii S. Albani, Conscriptum

Edited by Henry Thomas Riley

Excerpt

[More information](#)

---

Cambridge University Press

978-1-108-04689-3 - Ypodigma Neustriae: A Thoma Walsingham, Quondam Monacho  
Monasterii S. Albani, Conscriptum

Edited by Henry Thomas Riley

Excerpt

[More information](#)

Y P O D I G M A N E U S T R I Æ;  
A THOMA WALSINGHAM,  
QUONDAM MONACHO MONASTERII S. ALBANI,  
CONSCRIPTUM.

Magnificentissimo et illustrissimo Francorum et Anglorum Regi, Henrico, Normanniæ Conquæstori, Principi Walliæ serenissimo, Hiberniæ et Aquitanniæ Domino, Dei gratia, semper et ubique Victori, suorum minimus oratorum, Frater Thomas de <sup>1</sup>Walsingham, monachus Monasterii Sancti Albani, Anglorum <sup>2</sup>Protomartyris, humili cum recommendatione, salutem in Eo Qui dat salutem regibus.—

Dedication,  
to Henry  
the Fifth,  
King of  
England.

Cogitanti mihi, inter studia contemplationis claustralis, quantis virtutum dotibus, ac victoriarum titulis, Deus Omnipotens vos extulerit, quantis specialium gratiarum donis cumulaverit, ut hostes etiam vestram sapientiam prædicent, discretionem mirentur, et ubique commendent, justitiam laudum præconiis celebrent, fa-teor, spirituali jocunditate et interiori gaudio sum repletus atque reffectus, multo suavius quam ab epulis exquisitis.

Sed inter hæc oritur in mente mea quoddam nubium, quod obfuscat conceptum cordis mei jubulum, dum vereri cogor gentis morem solitum, quæ multotiens parvipendit etiam emissum votum <sup>3</sup>publicum, et solemne

<sup>1</sup> Sic in MS.<sup>2</sup> *Prothomartiris* in MS.<sup>3</sup> *puppublicum* in MS.

Cambridge University Press

978-1-108-04689-3 - Ypodigma Neustriæ: A Thoma Walsingham, Quondam Monacho  
Monasterii S. Albani, Conscriptum

Edited by Henry Thomas Riley

Excerpt

[More information](#)

præstitum juramentum. Dumque memor fui dierum antiquorum, recolens fraudes, facinora, factiones, et scelera, commissa per hostes, anxius est in me spiritus meus, et in me turbatum est cor meum, et pene defecit in dolore vita mea: sciens quod cras poterunt fieri turpia, sicut heri, et, metuens ne forte quovismodo vestra circumveniretur innocentia, scrutatus sum in mente mea, quid maxime vestræ saluti suffragari posset, conversanti inter tot pericula.

Tandem occurrit, inter plurima, scribere vestræ Celsitudini, quam præcordialiter diligit anima mea, quicquam, per quod tutior, simul et cautior, esse possit: teste nempe <sup>1</sup> Poeta,

“ Omnia vincit amor,”—

qui id in me efficit, ut non verear, licet inculto et impolito sermone, tam sapienti, tam glorioso, Principi balbutiundo proferre quæ mente tractavi, et vestræ Serenitati utcunque pandere quæ pro salute regia corde concepi. Hinc est, quod brevem tabulam compilare studui, quæ facit a principio Conquæstus Neustriæ per Normannos usque ad Conquæstum Angliæ per eosdem. Quam deduxi usque ad tempus, quo vestra <sup>2</sup> Majestas eandem Normanniam, abalienatam, contra fas et justitiam, a vestris progenitoribus, per annos circiter <sup>3</sup> ducentos et viginti, potenter et victoriose sub jugum venire compulit, et pro votis regaliter ordinavit.

Proinde, Domine mi, Rex inclyte, vobis in hoc opusculo conspicienda porrigo gesta præterita, bella varia, paces pactas mutuo, fœdera violata, firmata juramento, promissiones, sponsiones, oblationes factas antecessoribus vestris sub dolo, hostium deceptiones et <sup>4</sup> hypocrisim, et quicquid hostis adinvenire potuit exquisita calliditate,

<sup>1</sup> Virgil. *Ecl.* x. l. 69.

<sup>2</sup> *Magestas* in MS.

<sup>3</sup> Allusion is made to the submission of Normandy to Philip Au-

gustus, King of France, in the year 1205.

<sup>4</sup> *ypocrisim* in MS.

Cambridge University Press

978-1-108-04689-3 - Ypodigma Neustriae: A Thoma Walsingham, Quondam Monacho  
Monasterii S. Albani, Conscriptum

Edited by Henry Thomas Riley

Excerpt

[More information](#)

## YPODIGMA NEUSTRIÆ.

5

per quod seducere posset nobile genus vestrum. Igitur, quia nullum magis decet plura scire quam principem, cujus doctrina maxime subjectis prodesse potest, hunc libellum, si placeat, inspiciendum vestræ Celsitudini, ego, pauper et modicus, devotus <sup>1</sup> obtuli; imponens illi nomen "Ypodigma Neustriæ," eo quod prædemonstret præcipue casus vel eventus illius patriæ, a tempore Rollonis, primi Ducis, usque ad annum felicitatis regni vestri sextum; quod Deus Omnipotens, pro sua magna pietate, ubique pacificet, et in omni prosperitate conservet. Amen.

---

<sup>1</sup> *optuli* in MS.

Cambridge University Press

978-1-108-04689-3 - Ypodigma Neustriae: A Thoma Walsingham, Quondam Monacho  
Monasterii S. Albani, Conscriptum

Edited by Henry Thomas Riley

Excerpt

[More information](#)

## YPODIGMA NEUSTRIÆ.

*De consuetudine Danorum antiquitus frequentata.*Ancient  
law of the  
Danes.

Olim mos erat in Dacia, cum repletâ esset terra hominibus, ut, sancita lege per reges illius terræ, cogentur juniores de propriis sedibus emigrare. Quæ gens <sup>1</sup>idecirco multiplicabatur nimium, quoniam, luxui excessive dedita, multis mulieribus jungebatur. Nam pater adultos filios cunctos a se pellebat, præter unum, quem hæredem sui juris relinquebat. Quæ lex per multorum tempora regum mansit inconvulsa, quoadusque Lothbrocus Rex patri successit in regno; quem prædicant de stirpe Gothorum processisse. Ex quorum progenie jactitant Trojanos fuisse progressos, et <sup>2</sup>Antenorem ab urbis exterminio, cum duobus millibus et quingentis viris, ob proditionem illius ab eo perpetrata, evasisse, ac per multimodos amfractus ponti Germaniam appulisse, ac in Dacia exposit regnasse, eamque, a quodam vocato "Danao," suæ stirpis rege, "Danemarchiam" nuncupasse.

Danemarchia, so  
called by  
Antenor,  
the Trojan.Bier Iron  
Side driven  
from  
his home.

Igitur Rex Lothbrocus, excitus patrum legibus, sorte cogente, cum ingenti juvenum agmine, filium suum, nomine "Bier <sup>3</sup>Costæ Ferreæ," abdicat a suo regno, cum pædagogo suo, "Hastingo" nomine, viro per omnia fraudulentissimo, ut, externa petens regna, alias sedes sibi armis adquireret. Qui ideo "Costa Ferrea" vocabatur, quia, vehementissimis infectus veneficiis suæ matris, licet in acie staret inermis, omnem vim armorum illæsus sperneret.

Why so  
called.Hasting  
accompanies  
him.

Hastingus ergo, a patria cum suo adolescente sic proscriptus, de finitimis provinciis milites, animo leves et belli cupidos, congregavit; Deo suo, pro thure, hu-

<sup>1</sup> *iccirco* in MS.<sup>2</sup> *Anthenorem* in MS.<sup>3</sup> *Costa Ferrea* in ed. Camden.

Cambridge University Press

978-1-108-04689-3 - Ypodigma Neustriæ: A Thoma Walsingham, Quondam Monacho  
Monasterii S. Albani, Conscriptum

Edited by Henry Thomas Riley

Excerpt

[More information](#)

manum sanguinem delibavit, cujus cruorem libaminis Sacrifice of human blood.  
omnes unanimiter potaverunt; et, vento flante secundo,  
<sup>1</sup> Vermendensem aggrediuntur portum; exsistentesque de  
navibus, totum Vulcano tradunt illico Comitatum.  
Sancti quoque Quintini Monasterium ferali comburunt  
rabie, de Christiano populo <sup>2</sup>nefarium ludibrium exer- Ravages committed by the Danes.  
centes. <sup>3</sup>Nevionensis namque Præsul, "Emmo" nomine,  
cum suis diaconibus, eorum gladiis obruncatur, fitque  
cædes in plebe, proprio viduata pastore.

Dehinc fluvium Sequanam ingrediuntur, et apud Siege of Jumieges.  
Gemeticum obsidionem componunt. Qui locus jure vo-  
catur "Gemeticus"; quia, velut gemma in <sup>4</sup>annulo, sic  
rutilat situ loci et fructuum ubertate. Hic Clodovei,  
Francorum Regis, tempore, a Beato Philberto, opitulante Its origin.  
<sup>5</sup>Batilde Regina, constructus, in tanto incremento adole-  
vit, <sup>6</sup>ut in nongentorum monachorum numero ejus quan-  
titas suppleretur. Hujus loci monachi, vel incolæ, com- Flight of the monks.  
perientes adventum paganorum, fuga lapsi, quædam sub  
terra occultantes, quædam secum asportantes, evaserunt.  
Pagani, locum reperientes vacuum, Monasterium Sanctæ  
Mariæ, Sanctique Petri, et cuncta ædificia, igne combu-  
runt; in solitudinem omnia redigentes.

Abhinc denique Sequanæ sulcantes alveum, Rotoma- Rouen burnt.  
gum adeunt, igneque comburunt, horrendum de Chris-  
tiano populo ludibrium exercentes. Franciæ quoque  
interiora petentes, omnem fere Neustriam Northmannica  
<sup>7</sup>feritate invadunt. Urbem quoque <sup>8</sup>Nanneticam incen- Nantes burnt.  
dio cremavere. Episcopum, Sancto Sabbato Paschæ  
baptismum celebrantem, trucidavere, clerum et populum  
peremere. Deinde Andegavensem percurrentes regionem, Angers burnt.  
ipsam quidem civitatem concremant, Pictavorumque  
castella atque vicus, omnemque patriam a mari usque

<sup>1</sup> *Vermeyoyse*; marginal Note in MS.<sup>2</sup> *nepharium* in MS.<sup>3</sup> *Noyon*; marginal Note in MS.<sup>4</sup> *anulo* in MS.<sup>5</sup> *Beatilda* in ed. Camden.<sup>6</sup> *ut noningentorum* in ed. Camden.<sup>7</sup> *ferocitate* in ed. Camden.<sup>8</sup> *Nautes in Britaine*; marginal Note in MS.

Cambridge University Press

978-1-108-04689-3 - Ypodigma Neustriae: A Thoma Walsingham, Quondam Monacho  
Monasterii S. Albani, Conscriptum

Edited by Henry Thomas Riley

Excerpt

[More information](#)

ad eandem Pictaviensem urbem, populantur et vastant, replentes cædibus universa. Sequenti namque tempore navigio Turonum <sup>1</sup>adeunt civitatem, eamque de more opplentes stragibus, ad postremum tradunt ignibus, populata omni circumquaque regione. Non longe post superiora Ligeris fluvii <sup>2</sup>navibus expetentes, <sup>3</sup>Aurelianis perveniunt, captamque urbem auro distrahunt; et, ad tempus recedentes, secundo adventu comburunt eandem.

Et, ut concludam tragedias infinitas brevibus, <sup>4</sup>Lutetiam, Parisiorum nobile caput, quondam resplendens gloria, <sup>5</sup>abundans opibus, in cineres redegerunt. Beluacus quoque, et Novionius, quondam Galliarum præstantissimæ civitates, eorum gladio concidere. Aquitannia quoque, quondam bellorum nutrix, tunc patuit præda gentibus alienis. Nec erat oppidum aut vicus in ea regione, <sup>6</sup>sed neque civitas, quæ non strage ferali horum conciderit Paganorum. Testatur id Pictavis, fœcundissima urbs Aquitanniæ, hoc Sanctonum, hoc Engolisma, hoc Petragoricum, hoc <sup>7</sup>Lemovicus, hoc certe Arvernus, ipsumque Avaricum, caput regni Aquitannici.

Hiis calamitatum malis Galliis per triginta fere annorum spatium detritis flebiliter, Hastings Bier, dominum suum, provehere cupiens ad altiora, imperiali cum diademate coronare volebat. Proinde deliberavit cum suis complicitibus Romam clandestina irruptione obtinere. Sed nimia exorta tempestate, ad urbem Lituis, vento impellente, devolvitur, quæ pro sui decore hoc nomine vocabatur. Porro cives, attoniti tanta classe, civitatem muniunt, et semetipsos hortantur ad resistendum. Quorum audaciam Hastings ut comperit, ratus hanc Romam fore, omni conatu cœpit attentare, quo pacto posset eam dolo invadere. Denique Episcopo civitatis et <sup>8</sup>Comiti ministros suæ perfidiæ dirigit, asserens non

Tours  
burnt.Orleans  
burnt.Lutetia  
of the  
Parisii  
burnt.Many  
other cities  
destroyed.Hasting  
desires to  
crown Bier,  
and to gain  
possession  
of Rome.He mis-  
takes an-  
other city  
for Rome.<sup>1</sup> *ademit* in ed. Camden.<sup>2</sup> *manibus* in ed. Camden.<sup>3</sup> *Aurenas* in ed. Camden.<sup>4</sup> *Hiteciam* in ed. Camden.<sup>5</sup> *habundans* in MS.<sup>6</sup> Om. in ed. Camden.<sup>7</sup> *Lamonica* in ed. Camden.<sup>8</sup> *Communitati* in ed. Camden.



Cambridge University Press

978-1-108-04689-3 - Ypodigma Neustriae: A Thoma Walsingham, Quondam Monacho  
Monasterii S. Albani, Conscriptum

Edited by Henry Thomas Riley

Excerpt

[More information](#)

sua sponte illuc appulisse, sed patriam suam repetere Treacher-  
voluisse; pacificos se esse, pacem deinceps quærere, et ous con-  
se, letali pressum <sup>1</sup> languore, ab eis Christianum fieri duct of  
supplici prece deposcere. Hiis auditis, Comes et Epi- Hasting.  
scopus, gaudio <sup>2</sup> exhilarati, pacem cum <sup>3</sup> nefandissimo  
pacis inimico firmant, fitque communis utrique populo  
urbis ingressus.

Tandem scelestus ad ecclesiam fertur Hastings, Details  
sacrosancto baptismate mergitur homo versutus, et of his  
rapacissimus exit lupus: quem, ad sui perniciem, a fonte treachery.  
Præsul et Comes excipiunt. Hinc quoque bajulorum  
manibus refertur ad navem, chrismate delibutus. Post  
hoc, intempestæ noctis medio, loricatus locatur in  
feretro, innuens cæteris, ut suas induerent loricas sub  
tunicis. Proinde fit luctus intolerabilis per exerci-  
tum, Hastingum obiisse neophytum; et resonat maris  
littus tanti ducis excessu.

Dehinc navi effertur, et ad ecclesiam bajulatur; sacra Slaughter  
vestitur Antistes indumenta, mactaturus sacrosanctam resulting  
hostiam pro defuncto; fit commendatio animæ, ut cor- therefrom.  
pus, scelerum et perditionis in <sup>4</sup> barathro jam sepultum,  
tradatur sepulturæ. Sed ecce! prosilit de feretro, Epi-  
scopum et Comitem obruncat gladio; dehinc lupina  
rabie cum suis grassatur in plebe. Hiis a funesto per-  
petratis, theatrum efficitur domus Domini, jugulantur  
juvenes, trucidantur senes, depopulatur civitas, et a  
fundamentis mœnia diruuntur.

Hujus itaque peracta urbis subversione, comperientes The Danes  
pagani se Romam nullatenus cepisse, veriti ne ulterius purpose to  
quicquam proficerent, quippe cum Romanas aures, return to  
fama volante, eorum <sup>5</sup> profana opera jam occupassent, their own  
inito consilio, de regressu disponunt. Nam Bier, totius country.  
excidii signifer, et rex exercituum, dum nativum solum  
repeteret, naufragium passus, vix apud Anglos portum  
obtinuit, quamplurimis de suis naviculis tempestate

<sup>1</sup> *langore* in MS.<sup>2</sup> *exhilarati* in ed. Camden.<sup>3</sup> *nephandissimo* in MS.<sup>4</sup> *baratro* in MS.<sup>5</sup> *prophana* in MS.

Cambridge University Press

978-1-108-04689-3 - Ypodigma Neustriae: A Thoma Walsingham, Quondam Monacho  
Monasterii S. Albani, Conscriptum

Edited by Henry Thomas Riley

Excerpt

[More information](#)

Bier is shipwrecked, and dies. Hasting obtains Chartres. A fresh expedition sails from Denmark.

submersis. Indeque petens Frisiam, illic obiit. Hastingus vero Carolum Simplicem, Regem Francorum, adiens, pacem petiit; quam adipiscens, urbem Carnotensem stipendii munere accepit ab illo. Et sic Francia a tumultuum fragoribus aliquandiu respiravit.

Emensis exposit plurimorum annorum interstitiis, Francia ab hiis tumultuum fragoribus paulisper sopita, Danemarchia, spargens iterato jure exterminii flammivomos titiones, plurimos tirones a se, juvenili flore vernantes, priscorum patrum lege secernit. Qui, profecti cum sex navibus plenis armato milite, apud Scanzam insulam applicant; indeque sublatis anchoris, spirantibus auris salubriter, Anglicam Britanniam aggrediuntur. Quibus Angli confestim obvii, multis suorum amissis, cum dedecore refugerunt.

The Danes are aided by the English.

Quibus compertis, illius regni Rex, Ethelstanus, missa legatione, protinus pacem petit, et adipiscitur; firmatisque foederibus, amicitia indissolubili ad invicem connectuntur. A quo suæ expeditionis postulantes auxilium, parvo tempore contraxerunt non

They are defeated at Walcheren.

minimam armatorum manum. Abinde fluctivaga sulcantes æquora, cum magno vitæ periculo, ad locum vocatum "Walchras" devoluti sunt. Quibus mortem evadentibus, et de maris dispendio respirantibus,

Duke Rainier is taken by them, but is exchanged.

Rainerius Longi Colli, Hamoensis, sive Hasbaniensis, Dux, cum multitudine gravi bellum intulit. Sed suorum extinctis quampluribus, ipse victus capitur, et ad naves ducitur compeditus. In illa pugna duodecim Danorum bellatores a Reinerii militibus capiuntur, et uxori ejus præsentantur. Quæ, legatos ad Danos mittens, et ipsa suum virum, dato pro eo magno auri pondere, recipit, et Dani qui ab ipsa tenebantur liberi dimittuntur.

The Danes reach Jumièges.

<sup>1</sup> Octingentesimo sexto anno ab Incarnatione Domini, Dani, flantibus ventis ad vota, Gemeticum veniunt; ubi quamdam sacram virginem, nomine <sup>2</sup> "Ametrudem,"

<sup>1</sup> Correctly A.D. 876.| <sup>2</sup> Gertrudem in ed. Camden.